aliqua conductis sedem posuerunt. Hanc igitur
vobis spem facimus, tamen ipsa si placebit, et si vos
urgetis, accipiente. Difficilis commigratio est,
scio, et damnosa et misera, sed hoc commune
fors est nullam in terris stabilem sedem habentis
Ecclesiae, quam dies noctesque omnia undique sibi
circumstant quae non modo fortunas et pa-
triae commoda, sed vitam etiam semper habet
in procinctu, et quasi in manibus animam suam
portat: sed habet hanc portum securitatis, quod
beatitas interius, quorum electa sibi ad aeternam
salutem. Eius felicitas et beatitudo non in prae-
sentis vitae bonis fundata est, sed in aeterna Dei
electione, proinde non est periculum, ne quando eam
evertat quantumvis turbulenta rerum mutatio,
patria est Catholicis Tenez dixit ubicunque bene ē.
Nos certe si quid opis adferre poterimus, sublevan-
dis vestris incommoditatibus, neque volumus, neque pos-
sumus vobis deesse. Sed non erit opus, ut ego quidem spe-
ro. Avertet Dominus leones illos quos habemus vestris
et mitigabit crimina cum novis edictis, placabi-
lis est enim et pronus ad ignoscendum. Vale. Die
septimo Novembris 1572.

Pax Christi

1951 [= Mscr. a. 7.? Nr. 219]

Carmen Jacobi Barlei Antverpiensis.

Rursus ut admoneo, calamusque manusque libelle,
Scriptus facili libera verba modo.
Me ego ostendam non posse rependere tantis
Dignatus meritis praemia: vellet tamen
Una Novenarum, calamusque, et verba Sororum
Cepit, et en tales visa referre sonos.
Nonne fuit pronus tibi plectra, lyraque, Molarque
Qui dedit, et jussit saepe ferire Deum.

Ante tibi sterili tua carmina fonte fluebant
Rusticitasq; rudes vena, stylique modos.
Ille dedit facilemq; stylum venamq; secundam
Praemodos plenis fontibus ille dedit.
Ergo age docte scribatur epistola versu
Scripta nec incerta conditione pedis.
Scis placet magis quam verba pedestria, carmen
Major et a vera gratia saepe venit.
Haec ait: at verbis ego meis, et ore loquentis
Ipse stilum dixi vertere sollicite simul.
Tu vero placidas ducor mihi super aures
Cui venit a lingua divite magnus honos.
Perlege pauca tibi quae transcripsimus aere
Nec moveant stomachum carmina nostra
tuum.
Quamvis plura tibi, quamvis meliora Lenianus
Mitteret irriguis praeditus ille aquis.
Sicut Virgilio certasset quisque poeta
Tullere custodes praeduxisset amans.
Ut quaeque quos rapiunt Eleo in pulvere currus
Una simul fessis meta maneret equis.
Ornaret primo cui gloria tempora palma,
Quis ferret lentis praemia parta rotis.
Causam, quod scribo, nullam scio praeter amorem,
Qui facit et adhuc te meminisse tui,
Scilicet Athenas cum tu me primus adivas
Duxeris in festa, cum pater ipse manu.
Nostri tenent merito felices et pectora ferunt.
Nutritusque tuis dicar, et ortus aquis.
Sic te non alio complector amore vel ipse
Qualis in Euryalo, Hyrtacidesque fuit.
At quoties suspiro tuas, vir docte, Penates
Et tua cum Musis culta Lycea piis
Te quoties audire velim recitante docentem
Quosque tulit Latium, Graecia quosque tulit.

Te propter patriam superat dulcedine terram
Non procul Atticis urbs Tacirana plagis.
Te propter refluo nescit quoque cedere Schaldi,
Atque damnosis sese resurgis aquis.
Saepe ego sic mecum, mihi quid graviora suspiravi,
Amplius optatis nolle manere locis.
O utinam tum, cum Roma proficisceret urbe
Vexasset nostros tarda podagra pedes.
Certa, cur volucer non defuit annus eunti
Impeditque meum pes et anguis iter.
Ut sic amisit pauper sua fata, viresque
Nondum magnificas simulavit opes,
Idem divitiis se Crassum vincit, et illas
Amica non parvo surripit hora mali:
Heu quae nec tumida jactat convitia lingua,
Quae levis in rapido volvitur axe Dea.
His queror expertus longe graviora, nec ipso
Divitis est levior nostra querela malo.
Quod tua per scholicae virtutis utraque tecta,
Tecta meos fuerit fas mihi ferre gradus.
Quodque tuos fas ante pedes, ante ora sedenti
Dulcia mellitis carpere verba labris
Judice me nimium (nec fallit opinio mentem)
Magnificum Croesum, Aeolidumque Mida
Illa tulere mihi cum tantis gaudia donis
Tecum tam certo tempore ducta mora,
Horaque discessu quae me tulit invidiosa
Heu procul ex oculis (Docte Michael) tuis
Ite, sed o quamvis juste queror, ite querelae,
Invidere meis haec quia fata bonis.
Fata quibus fas est, quamvis terramque fretumque,
Cedere submissas ad fera jussa manus.
Tu tamen interea memori mihi mente repostus,
Quo me cumque licet ferri, tenebis, eris.

Nec patiar unum sine te discedere tempq,
Stabis in obtutu semper ut ante meo,
Et stabit tecum tua pietas et ardua virtq
Et stabunt Musae, numina nostra, tuae.
Desine, nempe tuas fortasse obtundimus aures,
Quas puto defessas versibq esse meis.
Teq; molestamq;, cui forsan dulciq esset,
Conterere in studio commodiore diem.
Da veniam: ingenii Barlaeus condidit illa
Ille tuae nuper pars quotacunq; Scholae.
Vale mi suavissime Praeceptor. Multa hic tri-
stia de Gallia narrantur, quae ut ordine tibi per-
scribam, dolor non patitur. Unum hoc scias
extinctum cum suis P. Ramum, cuius Eloquen-
tiae ductum (ut olim Orpheum saxa et solitu-
dines) sponte boni omnes sequebantur. O per-
fidia Regis pij et punica. Iterum vale. Coniu-
gi tuae foeminae honestissimae plurimam ex
me salutem precaberis. Heidelbergae 9. die
Septembris anni 1572.

Tuus ut suus
Jacobus Barlaeus.